

devicta est. Atque hos C. Cæsaris iudicium¹, P. C., quàm latè pateat, attendite. Omnes enim qui ad illa² arma fato sumus nescio quò reipublicæ misero funestoque compulsi, etsi aliquâ culpâ tenemur³ erroris humani, a scelere certè liberati sumus. Nam cum M. Marcellum, deprecantibus⁴ vobis, reipublicæ conseravit, memet⁵ mihi, et item reipublicæ, nullo deprecante, reliquos amplissimos viros, et sibi ipsis et patriæ reddidit, quorum⁶ et frequentiam et dignitatem hoc ipso in consessu videtis: non ille hostes induxit in curiam, sed iudicavit, a plerisque ignoratione potiùs et falso atque inani metu, quàm cupiditate⁷ aut crudelitate civile bellum esse susceptum. Quo quidem in bello semper de pace⁸ agendum audiendumque esse putavi, semperque⁹ dolui, non modò pacem, sed orationem etiam civium, pacem efflagitantium, repudiari. Neque enim ego illa neculla unquam secutus sum arma civilia, semperque mea consilia pacis et togæ socia, non belli atque armorum fuerunt. Hominem sum secutus privato¹⁰ officio, non publico: tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut nullâ non modò cupiditate, sed nespe quidem, prudens¹¹ et sciens, tanquam ad interitum ruerem voluntarium. Quod quidem meum consilium minimè obscurum fuit. Nam et in hoc

¹Judicium, el modo de pensar. ²Ad illa, hemos sido violentamente llevados à aquella guerra por no sé qué lastimoso y funesta fatalidad de la república. ³Tenemur, nós hallamos comprendidos en alguna culpa ó error propio de hombres, estamos ciertamente ajenos de delito malicioso. ⁴Deprecantibus, á instancias vuestras. ⁵Memet (id est conservavit), me conservó á mí mismo para mi bienestar. ⁶Quorum, cuyo numeroso concurso y lustre veis en este mismo congreso. ⁷Cupiditate, ambicion. ⁸De pace, siempre fui de parecer se debía tratar y dar oídos á las proposiciones de paz; y sentí siempre que se desechase, no solo la paz, sino las súplicas de, etc. ⁹Semperque, y siempre mis intentos fueron del partido de la union y la paz, no de la guerra y las armas. ¹⁰Privato, como persona particular, no como pública. ¹¹Prudens, me he arrojado de intento y á sabiendas á mi ruina voluntaria...

Atque hoc, amplifica el beneficio por los consiguientes. Cæsar nos hace un gran favor en juzgar hemos estado contra él por error y no por odio; restituyendo á Marcelo manifesta este modo de pensar; luego nos hace á to-

dos un gran favor.

Non ille, prueba de la asuncion. Togæ, la palabra toga significa aquí la paz, por ser el signo de ella. Metonimia.

Quo quidem, elogio de la clemen-

ordine integrá re¹ multa de pace dixi, et in ipso bello eadem etiam cum capitis mei periculo sensi. Ex quo nemo erit tam injustus rerum æstimator², qui dubitet, quæ Cæsaris voluntas de bello fuerit, cum pacis auctores³ conservandos statim censuerit, ceteris fuerit irator⁴. Atque id minùs mirum videretur fortasse, tum cum esset incertus exitus, et anceps fortuna belli. Qui verò victor pacis auctores diligit, is profectò declarat maluisse se non dimicare quàm vincere. Atque hujus quidem⁵ rei M. Marcello sum testis. Nostri enim sensus, ut in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant. Quoties ego eum, et quanto eum dolore vidi⁶, cum insolentiam certorum hominum, tum etiam ipsius victoriæ ferocitatem extimescentem? Quò gratior tua liberalitas, C. Cæsar, nobis, qui illa vidimus, debet esse. Non enim jam causæ⁷ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ. Vidimus tuam victoriam⁸ præliorum exitu terminatam, gladium vaginâ vacuum⁹ in urbe non vidimus. Quos amissimus cives, eos Martis¹⁰ vis perculit, non ira victoriæ; ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret¹¹, quoniam ex eadem acie conservat quos potest. Alterius¹² verò partis nihil ampliùs dicam, quàm id quod omnes verebamur, nimis¹³ iracundam futuram fuisse victoriam. Quidam enim, non modò armatis, sed interdum etiam otiosis¹⁴ minabantur: nec, quid quisque sensisset, sed

¹Integrá re, antes de comenzarse la guerra. ²Æstimator, apreciador. ³Auctores, promotores. ⁴Irator, conservó mas enojo con, etc. ⁵Hujus quidem, de que M. Marcelo es del mismo modo de pensar. Pues nuestros dictámenes, así como eran uniformes. ⁶Vidi, le vi tener, no solo la insolencia de ciertos hombres, sino tambien la crueldad. ⁷Causæ, no se han de comparar los partidos. ⁸Victoriam, que el fin de tu victoria ha sido la conclusion de tus batallas. ⁹Vacuum, desenvainada. ¹⁰Martis, los arrebató el furor de Marte. ¹¹Excitaret, haria resucitar. ¹²Alterius, del otro partido. ¹³Nimis, muy sangrienta. ¹⁴Otiosis, aun á los que estaban quietos en sus casas...

cia de César, probando la asuncion por los efectos: Aquel deseó la paz que conserva á los autores de ella: es así que me conservó á mí y á Marcelo; luego deseó la paz.

Ex quo nemo, asuncion del silogismo anterior: César deseó mas la

paz.

Qui verò, proposicion.

At hujus quidem rei, prueba de la asuncion. César deseó mas la paz que el vencer: por testimonio de lo que se vió en él, y por la comparacion de los dos partidos.

ubi fuisset, cogitandum¹ esse dicebant. ut mihi quidem videantur dii immortales, etiamsi pœnas² a populo romano ob aliquid delictum expetiverunt, qui civile bellum tantum et tam luctuosum³ excitaverunt, vel placati jam, vel etiam satiati⁴ aliquando, omnem spem salutis ad clementiam victoris et sapientiam contulisse. Quare gaude tuo isto tam excellenti bono, et fruire cum fortunâ et gloriâ, tum etiam naturâ et moribus tuis: ex quo quidem maximus est fructus⁵ jucunditasque sapienti. Cetera cum tua recordabere⁶, etsi persæpe virtuti, tamen plerumque felicitati tuæ congratulabere. De nobis, quos in republicâ tecum simul salvos⁷ esse voluisti, quoties cogitabis, toties⁸ de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de singulari sapientiâ tuâ cogitabis: quæ non modò summa⁹ bona, sed nimirum audebâ vel sola¹⁰ dicere. Tantus est enim splendor in laude verâ, tanta in magnitudine animi et consilii dignitas¹¹, ut hæc a virtute donata, cetera a fortuna commodata esse videantur. Noli igitur in conservandis bonis viris defatigari¹², non cupiditate præsertim aut pravitate aliquâ lapsis, sed opinione officii, stultâ fortasse, certè non improbâ, et specie quâdam reipublicæ. Non enim tua ulla culpa est, si te aliqui timuerunt: contraque summa laus, quòd plerique minimè timendum fuisse senserunt.

¹Cogitandum, no se debía atender á cómo había pensado cada uno. ²Pœnas, han castigado. ³Luctuosum, funesta. ⁴Satiati, satisfechos ya alguna vez han puesto toda la esperanza en, etc. ⁵Fructus, de donde el sabio saca grande fruto y regocijo. ⁶Recordabere, traigas á la memoria. ⁷Salvos, á quienes quisiste conservar la vida. ⁸Toties, otras tantas parará la atención. ⁹Summa, los mayores. ¹⁰Vel sola, sino los únicos. ¹¹Dignitas, la majestad de un grande y prudente corazón, que estos parecen dones de la virtud, los demas empréstito de la fortuna. ¹²Defatigari, no te canses de conservar á los hombres de bien, principalmente cuando han caído, no por alguna ambición ó malignidad, sino por un concepto de que hacían su deber, errado tal vez, pero no malicioso, y por ciertos visos de mirar por la república.

Quare, complexion del entimema principal: es muy glorioso á César haber restituido á Marcelo: recopilando

las otras glorias de César ya explicadas, la cual complexion se halla repetida varias veces.

Nunc verò venio ad gravissimam querelam, et atrocissimam suspicionem tuam, quæ non tibi ipsi magis, quàm cum omnibus civibus, tum maximè nobis qui a te conservati sumus, providenda¹ est. Quam etsi spero esse falsam, nunquam tamen verbis extenuabo. Tua enim cautio² nostra cautio est: ut si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus quàm parum prudens³. Sed quisnam est iste tam demens, qui scilicet tibi insidiaretur? De tuisne? tametsi qui magis sunt tui, quàm quibus tu salutem insperantibus reddidisti? An ex eo numero qui unâ tecum fuerunt? Non est credibilis tantus in ullo furor, ut, quo duce⁴ omnia summa sit adeptus, hujus vitam non anteponat suæ. At si tui nihil cogitant sceleris, cavendum est ne quid inimici. Qui? omnes enim qui fuerunt, aut suâ pertinaciâ vitam amiserunt, aut tuâ misericordiâ retinuerunt: ut aut nulli supersint de inimicis, aut qui superfuert, amicissimisint. Sed tamen cum in animis hominum tantæ⁵ latebræ sint, et tanti recessus, augeamus sanè suspicionem tuam: simul enim augebimus et diligentiam. Nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis⁶ in republicâ, tam nihil unquam nec de suâ nec de communi salute cogitans, qui non intelligat tuâ salute contineri suam, et ex

¹Providenda, no ménos merece su atención. ²Tua cautio, porque el mirar por ti es mirar por nosotros, de suerte que si se ha de faltar en alguno de los dos extremos. ³Prudens, cauteloso. ⁴Quo duce, que no anteponga á su vida la de aquel bajo cuyo gobierno ha conseguido los mayores bienes. Mas si los tuyos no maquinan algun mal, se ha de precaver no lo maquinen los enemigos. ⁵Tantæ, habiendo en los corazones de los hombres tantos senos y escondrijos. ⁶Rudis, poco práctico en los asuntos de la república, y de tan poca reflexion acerca de su bienestar y el de los demas...

Nunc verò, segunda parte, que es refutación. O los cesarianos ó los pompeyanos ponen asechanzas á tu vida; los cesarianos no, pues por ti han recibido su conservación; los pompeyanos tampoco, pues ó han perdido la vida, ó los que han quedado son muy afectos; luego nadie pone asechanzas á tu vida.

De tuisne, primera parte de la

asunción.

An ex eo, segunda parte de la asunción.

Sed tamen, aumenta la sospecha por los adjuntos. Aquel debe mirar por sí de cuya vida pende la conservación de la república; de la vida de César pende esta; luego César, etc.

Nam quis, asunción.

unius¹ tui vitam pendere omnium? Equidem de te dies noctesque, ut debeo, cogitans², casus³ dumtaxat humanos, et incertos eventus valetudinis, et naturæ communis fragilitatem extimesco, doleoque, cum respublica immortalis esse debeat, eam in unius mortalis animâ consistere⁴. Si verò ad humanos casus incertosque eventus valetudinis, sceleris etiam accedat⁵, insidiarumque consensio, quem deum, etiamsi cupiat, opitulari posse reipublicæ credamus? Omnia sunt excitanda⁶ tibi, C. Cæsar, uni, quæ jacere sentis, belli ipsius impetu, quod necesse fuit, percussa atque prostrata: constituenda⁷ judicia, revocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda soboles: omnia, quæ dilapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. Non fuit recusandum in tanto civili bello, tantoque animorum ardore et armorum, quin quassata⁸ respublica, quicumque belli eventus fuisset, multa perderet et ornamenta⁹ dignitatis, et præsidia stabilitatis suæ: multaque uterque dux faceret armatus¹⁰, quæ idem togatus¹¹ fieri prohibuisset. Quæ¹² quidem nunc tibi omnia belli vulnera curanda sunt, quibus, præter te, mereri nemo potest. Itaque illam tuam præclarissimam et sapientissimam vocem¹³ invitus¹⁴ audivi: satis te diu vel naturæ vixisse, vel gloriæ. Satis, si ita vis, naturæ fortasse;

Ex unius, y que de sola tu vida. ²*Cogitans*, recapacitando sobre tu persona. ³*Casus*, las desgracias. ⁴*Consistere*, dependa. ⁵*Accedat*, se juntan unidas la maldad y traición. ⁶*Excitanda*, tú solo debes poner en pié todo lo que ves está por tierra arruinado y destruido. ⁷*Constituenda*, has de restablecer los tribunales, restituir la fe pública, poner freno á la liviandad, mirar por la propagacion de las familias, y debes afianzar con severas leyes todo lo que se arruinó y pareció. No se pudo excusar. ⁸*Quassata*, trastornada. ⁹*Ornamenta*, adornos de su grandeza y apoyos de su estabilidad. ¹⁰*Armatus*, con las armas en la mano. ¹¹*Togatus*, en tiempo de paz. ¹²*Quæ*, las cuales heridas de la guerra tú solo las has de curar, pues nadie puede sanarlas sino tú. ¹³*Vocem*, expresion ¹⁴*Invitus*, con disgusto...

Omnia, prueba amplificada por los daños de la república.
Itaque illam, refuta el segundo dicho de César, que habia vivido bastante para la fama. Entonces habras vivido bastante para la fama, cuando

hayas satisfecho á la conservacion de la república, á tu gloria y á ti mismo; apenas has echado los fundamentos para esto; luego no has vivido bastante para la fama.

addo etiam, si placet, gloriæ: at, quod¹ maximum est, patriæ, certè parum. Quare omite, quæso, istam doctorum hominum in contemnendâ morte prudentiam: noli nostro periculo² sapiens esse. Sæpe enim venit ad aures meas, te idem istud nimis³ crebrò dicere: satis te tibi vixisse. Credo: sed tum id audirem, si tibi soli viveres, aut si tibi etiamsi soli natus esses. Nunc cum omnium⁴ salutem civium, cunctamque rempublicam res tuæ gestæ complexæ sint, tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. Hic tu modum tuæ vitæ, non salute reipublicæ, sed æquitate animi definies⁵? Quid si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cujus te esse avidissimum, quamvis si sapiens, non negabis. Parumne igitur, inquires, gloriam magnam relinquemus? Imò verò aliis, quamvis multis, satis; tibi unum parum. Quidquid enim⁶ est, quamvis amplum sit, id certè parum est tum, cum est aliquid amplius. Quòd si rerum tuarum immortalium, C. Cæsar, hic exitus futurus fuit, ut, devictis adversariis, rempublicam in eo statu relinqueres in quo nunc est, vide, quæso, ne tua divina virtus admirationis plus sit habitura quam gloriæ: siquidem⁷ gloria est illustris ac pervagata multorum et magnorum, vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum. Hæc igitur tibi reliqua pars est: hic restat⁸ actus, in hoc elaborandum est, ut rempublicam constituas, eaque tu in primis composita, summâ

¹*Ad quod*, pero poco para la patria, que es lo principal. ²*Periculo*, á costa nuestra. ³*Nimis*, con demastada frecuencia. ⁴*Omnium*, cuando el bienestar de los ciudadanos y de toda la república está intimamente unido con tus hazñas, estás tan lejos de haber dado la última perfeccion á tus obras. ⁵*Definies*, medirás los límites de tu vida, no por el bien de la república, sino por la tranquilidad de tu corazón? ⁶*Quidquid enim*, pues cualquier cosa, por grande que sea, es pequeña cuando hay otra mayor. ⁷*Siquidem*, orden: *siquidem gloria est fama illustris ac pervagata meritorum multorum et magnorum vel in suos, etc.* Puesto que la gloria es una fama ilustre y divulgada de muchos y grandes beneficios, hechos ó á los suyos, etc. ⁸*Hic restat*, esta es la última jornada, en esto te has de afanar, en restablecer la república, y restablecida,

Sed tum, proposicion.
Nunc cum, asuncion.

Quòd si rerum, prueba de la asuncion por la definicion de la gloria.

tranquillitate et otio perfruare: tum te, si voles, cum et patriæ, quod debes, solveris, et naturam ipsam expleveris¹ satietate vivendi, satis diu vixisse dicito. Quid est enim² omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum, quod cum venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est, quia, postea nulla futura sit? Quanquam iste tuus animus nunquam his angustiis³, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semperque immortalitatis amore flagravit⁴. Nec verò hæc tua vita dicenda est, quæ corpore et spiritu continetur. Illa, inquam, illa vita est tua, Cæsar, quæ vigebit⁵ memoriâ sæculorum omnium, quam posteritas⁶ alet, quam ipsa æternitas semper intuebitur. Huic tu inservias, huic⁷ te ostentes oportet: quæ quidem, quæ miretur, jam pridem multa habet: nunc etiam quæ laudet, exspectat. Obstupescunt⁸ posteri certè imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumera- biles, incredibiles victorias, monumenta, munera⁹, triumphos audientes et legentes tuos. Sed nisi hæc urbs¹⁰ stabilita tuis consiliis et institutis erit, vagabitur modò nomen tuum longè atque latè; sedem quidem stabilem et domicilium certum non habebit. Erit inter eos¹¹ etiam, qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio; cum alii laudibus ad cælum

disfrutar tú el primero de tranquilidad y paz. ¹ *Exp. everis*, hayas satisfecho á la naturaleza misma con tu larga vida. ² *Quid est enim*, porque qué es este mismo mucho tiempo en el que hay algun fin, el cual cuando llegue nada valen todos los gustos pasados. ³ *Angustiis*, estos estrechos límites. ⁴ *Flagravit*, y siempre anheló por la inmortalidad. Pues ni se ha de llamar vida propia tuya la que consiste en la union del alma y del cuerpo. ⁵ *Vigebit*, brillará. ⁶ *Posteritas*, que fomentará la posteridad. ⁷ *Huic*, á esta has de atender, con esta te has de mostrar grande. ⁸ *Obstupescunt*, ciertamente se pasmarán los venideros al oír y leer tus generalatos, tus gobiernos los del Rin, los del, etc. ⁹ *Munera*, cargos. ¹⁰ *Nisi hæc urbs*, pero si esta ciudad no se asegura con tus consejos y leyes, andará vago tu nombre por todas partes, mas no tendrá asiento estable y domicilio fijo. ¹¹ *Inter eos*, entre los venideros grandes disputas...

Tum te, si voles, complexion repitiendo la proposición.
Quid est enim, prueba de la asunción por la brevedad de la vida, y la

eternidad á que debe aspirar.
Obstupescunt, prueba de la misma por el juicio de los venideros.

res tuas gestas efferent, alii fortàsse aliquid requirent¹, idque vel maximum, nisi belli civilis incendium salute patriæ restinxeris, ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii. Servi igitur iis etiam iudicibus, qui multis post sæculis de te iudicabunt, et quidem haud scio, an incorruptius² quàm nos. Nam et sine amore³ el sine cupiditate, et rursus sine odio et sine invidia iudicabunt. Id autem⁴, etiam si tunc ad te, ut quidam falso putant, non pertinebit: nunc certè pertinet te esse talem, ut tuas laudes obscuratura nulla unquam sit oblivio. Diversæ⁵ voluntates civium fuerunt, distractæque⁶ sententiæ. Non enim consiliis solum et studiis, sed armis etiam et castris dissidebamus⁷. Erat autem obscuritas⁸ quædam, erat certamen inter clarissimos duces: multi dubitabant, quid optimum esset; multi, quid sibi expediret; multi, quid deceret; nonnulli etiam, quid liceret. Perfuncta⁹ respublica est hoc misero fatilique bello; vicit is, qui non fortunâ inflammaret¹⁰ odium suum, sed bonitate leniret: neque omnes, quibus iratus esset, eosdem etiam exsilio aut morte dignos iudicaret. Arma¹¹ ab aliis posita, aliis erepta sunt. Ingratus est injustusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum: ut etiam ille sit melior, qui in acie¹² cecidit, quàm qui in causâ animam profudit. Quæ enim pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. Sed quia jam omnis fracta¹³ dissensio est armis, et exstincta æquitate victoris; restat, ut omnes unum velint, qui modò habent aliquid¹⁴ non

¹ *Requirent*, echarán de ménos alguna cosa, y muy principal, si no apagas el incendio de la guerra civil con la conservacion de la patria, de suerte que aquello parezca efecto del hado, esto de tu sabiduria. Atiende pues. ² *Incorruptius*, con mas desinteres. ³ *Amore*, sin pasion ni ambicion. ⁴ *Id autem*, aunque nada de esto percibas. ⁵ *Diversæ*, estaban encontradas. ⁶ *Distractæque*, y opuestos los dictámenes. ⁷ *Dissidebamus*, no solamente discordábamos en los pareceres é inclinaciones. ⁸ *Obscuritas*, no estaban las cosas en claro, la disputa estaba entre, etc. ⁹ *Perfuncta*, salió la república de esta desgraciada y fatal guerra. ¹⁰ *Inflammarer*, no avivó su odio por su fortuna, sino que lo moderó. ¹¹ *Arma*, unos dejaron las armas, á otros se las quitaron de las manos. ¹² *In acie*, el que murió en el campo de batalla, que el que perdió su vida por su obstinacion en su partido. ¹³ *Fracta*, toda la discordia se ha terminado por las armas y deshecho por la bondad. ¹⁴ *Aliquid*, algun tanto no solo de sabiduria sino de cordura, tengan una misma voluntad. Porque no

solùm sapientiæ, sed etiam sanitatis. Quia nisi te, C. Cæsar, salvo, et in istâ sententiâ, quâ cum antea, tum hodie vel maximè usus es, manente, salvi esse non possumus. Quare omnes te, qui hæc salva esse volumus, et hortamur et obsecramus, ut vitæ, ut salutis tuæ consulas; omnesque tibi (ut pro aliis etiam loquar quod de me ipse sentio), quoniam subesse aliquid putas, quod cavendum sit, non modò excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus et corporum pollicemur.

Sed ut, unde est orsa, in eodem terminetur oratio mea, maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæsar majores etiam habemus. Nam omnes idem sentiunt; quod ex omnium precibus et lacrymis sentire potuisti. Sed quia non est adstantibus omnibus necesse dicere, a me certè dici volunt, cui necesse est quodammodo, et quòd volunt, et quòd, M. Marcello a te huic ordini populoque romano et reipublicæ reddito, præcipuè id a me fieri debere intelligo. Nam lætari omnes, non ut de unius solùm, sed ut de communi omnium salutè, sentio. Quod autem summæ benevolentiae est, quæ mea erga illum omnibus semper nota fuit, ut vix C. Marcello optimo et amantissimo fratri, præter eum quidem cederem nemini, cum id sollicitudine, curâ, labore tamdiu præstiterim; quamdiu es de illius salute dubitatum, certè hoc tempore magnis curis,

podemos mirar por nuestra conservacion si no estás tú salvo, y subsistes en el mismo dictâmen que has tenido, así ântes de ahora como principalmente en el dia de hoy. ¹ Omnesque, y todos, prometiendo yo por otros lo que yo mismo siento, supuesto que juzgas hay algo de que debes guardarte, te prometemos, no solo nuestras centinelas y guardias, sino tambien oponer nuestros brazos y nuestras propias personas.

² Majores, pero aun es mayor nuestro agradecimiento. ³ Adstantibus, los presentes. ⁴ Cui, pues me es forzoso en algun modo, ya porque, etc. ⁵ Quod autem, orden: cum autem præstiterim sollicitudine, curâ, labore, tamdiu quamdiu dubitatum est de salute illius, id quod est summæ benevolentiae, quæ, etc. Porque habiendo cumplido con todo empeño, cuidado y afan, todo el tiempo que estuvo en peligro su vida, los officios propios de mi sumo cañer para con él, que ha sido manifesto á todos, de tal suerte que

Sed ut unde, peroracion

molestiis, doloribus liberatus præstare debeo. Itaque, C. Cæsar, sic tibi gratias ago, ut omnibus me rebus a te non conservato solùm, sed etiam ornato, tamen ad tua innumera- bilia in me unum merita, quod fieri jam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.

con dificultad cederia. ¹ Doloribus, afanes. ² Conservato, habiéndome tú no solo conservado sino tambien dado los mayores honores, has añadido con esta accion el mayor colmo á los innumera- bles beneficios que me has hecho, lo que yo juzgaba no podia ya suceder.

Itaque, amplifica el beneficio por la circunstancias de su persona.

ANÁLISIS.

Esta oracion pertenece al género demostrativo, porque toda ella se emplea en alabar la clemencia de César por haber restituido á Marcelo. No tanto trata Ciceron esta causa por argumentos, cuanto propone su accion de gracias con un grande adorno para excitar la admiracion, y así casi toda ella es una amplificacion hecha con magnificencia. Su estilo es elegante, florido, y lleno de grandeza en los pensamientos y expresiones. Consta de exordio, proposicion, confirmacion y epilogo.

En el exordio los hace atentos exponiendo las causas de su silencio hasta entónces, que eran el sentimiento y la vergüenza, *Diuturni*, y las que tenía para hablar, que eran la clemencia y moderacion de César, *Tantum enim*; y la de Marcelo, *Ille quidem*, con cuyas alabanzas los hace benévulos y dóciles con la proposicion de su oracion, *Tamen hoc affirmo*.

En la primera parte de la confirmacion alaba la fortaleza de César, que cedió á los demas héroes en todas las circunstancias de sus batallas, *Soleo sæpe*; en las naciones que sujetó, *Domuisti*, pero mas que todo en la clemencia, por la que se hace amable de los hombres, *At verò cum aliquid*; se regocija el senado, *Parietes*; consigue una gloria propia suya, en la que no tiene parte ningun otro, *Hoc enim*; eteruiza su nombre, *Quæ quidem tanta est*; se hace superior á sí mismo y á la victoria, *Vereor ut hoc*; y da esperanzas á todos de tranquilidad y de paz, *Atque hoc*, donde hace una pequeña digresion para manifestar su modo de pensar, *Quo quidem in bello*; y el de Marcelo, *Atque hujus*; y concluye esta parte con una comparacion entre César amante de la paz, que con-